



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Sacrilegium ex persona sacra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

que id in conscientia; nam in foro externo, si forte ad illud deducantur ejusmodi impudici tactus, cum sint vehementis Conjecturae de copula, facile formam à legato repellent. Ita Caltr. 2. 5. disp. 4. p. 1. §. 7. n. 20.

Copulam non perficiens Remissio.

8. Dubitamus tertio. An fornicans incepta copula possit, & obligetur illam inceptam non perficere, quamvis adsit periculum effusionis seminis extra vas? Sed de hac re dicam *infra*. c. 3. §. 5. n. 16.

Copula cum Sponsa alterius.

9. Dubitamus quarto. An copula cum sponsa alterius de futuro, sit fornicatio? An adulterium? Respondeo esse fornicationem. Ita Sanch. l. 1. de matr. d. 3. Basil. Pont. lib. 2. de matr. cap. 6. n. 8. alique, quia per sponsalia nondum sponsus ius in sponsa corpus consecutus est. Cum, contra, quia ius hoc consequitur ad matrimonium, siue consummatum, siue etiam tantummodo ratum; ideo tunc adulterium erit.

Ignorantia in Fornicatione

10. Dari posse ignorantiam invincibilem circa preceptum non fornicandi, saltem apud Barbaros & incultos, probabile est. Ita Azor. p. 2. l. 3. cap. 9. quest. 1. Fag. l. 9. in dec. c. 1. n. 11. quia non admodum manifeste illud deducitur ex primis principiis luminis naturalis, Lege citatos.

CAPUT II.

§. I. De Sacrilegio

1. **I**N Methodo exp. conf. l. 2. c. 7. §. 1. sic habes: Pergimus ad sacrilegium, quod duplex in hac materia est. Alterum quod contrahitur ex persona sacra: Alterum, ex loco sacro.

Sacrilegium ex persona sacra.

2. Quoad primum, quod est, quando aliquis, qui Deo per votum castitatis se consecravit, adhuc turpia quaecunque, v.g. mollitiam, fornicationem, &c. non veretur admittere, certum est, ut ex Methodo. cap. 1. §. 8. praefertim num. 52. constat, non oportere explicare, an semel, an pluries Castitatem voverit; quia id non addit differentium speciale.

Quaestio igitur superest, An qui violat votum solenne castitatis, id explicare teneatur; an sit satis, sic fateri Violavi Votum Castitatis: quod est querere, an Votum simplex, & solenne, quod quidem solenni habent tum professi, tum Sacerdotes, differant specie?

Dico esse probabilissimum, cum Sanch. lib. 7. de matr. d. 27. n. 27. & lib. 5. in dec. c. 6. n. 14. tutumque in praxi, non differre species, atque adeo solennitatem illam Voti non esse necessario declarandam. Ratio est, quia utrumque votum eandem Religionis virtutem aequè respicit.

Hinc Sacerdos non obligatur in peccatis contra Castitatem explicare Sacerdotium; sed satis est, si dicat, se voti reum Castitatem violasse. Ita Sanch. d. disp. 27. n. 50. Fag. lib. 4. pr. Eccl. 2. c. 3. n. 5.

Hinc Episcopus, & Generalis ordinis Religiosi, ex hoc capite (nam si adesset aliorum scandalum, iuxta supradicta de scandalo, aperiendum esset in fornicatione, v.g. non obligatur manifestare se esse Episcopum, si esse Generalem, &c. satis erit si votum tantomodo manifestat. Ita Sanch. d. disp. 27. n. 34. quidquid dicat Fag. d. lib. 4. c. 3. n. 8. Hinc Religiosus non est obligatus explicare se vel Religiosum esse, vel Sacerdotem, sed satis est, si explicet

ne si fornicetur, seu ut loquuntur jura, si honeste
erat, amittere tutelam filiorum ante sententiam Iudicis,
probabilis tamen est, non amittere, nisi post senten-
& contra-
etum est
um pro
ne adeo
us. Et de
gilt. 4. p.
que p
munis
ex lege
um lib. 5.
contrariu
nem esse
te, dicit
in id cer
am à pro
respondet
quadam
hia dispo
rationib
isse mani
ri) man
electum
in aliq
ari, quod
3. mora
er. 26. c.
tem cit
Nos quo
i quamo
initium
specie
mentum
lt quando
ndo fuit
bitus, ut
propter
pens. Vn
us abho
habiter
on sacre
rata p
hod. conf.
mor. 22.)
lib. 2. c. 1.
ata sunt
um enim
s ter ab
commo
one per
admo
e, vel
e Azor.
lericus,
14. sed
us adde
6. Tolet.
idua sit
a soluta
7. pnt
hanc